



COLLEGII PASTORALIS XXV

DISPUTATIO

*seu*

13

NORMA  
ET FORMAS A-  
NÆ INTERPRETA-  
TIONIS AC SALUTARIS ACCOM-  
MODATIONIS SCRIPTORUM  
PAULINORUM

*Ad*

ἱστορίαν pernoscendam, φιλολογίαν eruendam, διάνοιαν affe-  
quendam, ἁρμοσίαν pertexendam, ὀρθοδοξίαν Evangelicorum confirman-  
dam, ἐπιτροδοξίαν Pontificiorum confutandam, & δημογυρίαν  
adornandam, exornandam,

Ex PRIORIS *ad Timoth. 1. Cap. brevissimè monstrata & in Sy-  
nodo Pastorum Diacesis Schenckiana proposita.*

FRAWBRISNICII

*à*

M. HENRICO TILEMANNO PA-  
STORE ET SUPERINTEND.

PRÆSIDE

&

M. MICHAËLE MOEBIO PASTORE  
in Gôrschen.

RESPONDENTE.

*Ad diem 12. Septemb. in adibus Parochialibus  
horis ante- & pomeridianis.*

JENÆ Typis ERNESTI STEINMANNI

Anno Χειρογούρας M. DC. XXXIV.

27





PERILLUSTRI  
AC GENEROSIS-  
SISSIMO DN. DN.  
CHRISTIANO SCHENCK AC LI-  
BERO BARONI IN TAUTEN-  
BURCK, FRAW BRISNITZ ET  
NIDRENTREBRA, TOPAR-  
CHÆ IN TONNA &c.

DN, SUO GRATIOSISSIMO

*Humiliter dedicat*

*consecratq;*

*PRÆSES.*



ΒΙΒΛΙΟΝ



ECCLĒSIATICI Doctoris duo præcipuè sunt officia : *unum* Scripturæ interpretatio : *alterum* ejusdem ad salutarem auditorum usum accommodatio. *Illud* complectitur *tum* veri & genuini sensus investigationem , cui inservit historię & linguarum cognitio , *tum* ejusdem perspicuum enarrationem : *Hoc* ad quinque generalia capita ab Apostolo 2. Tim. 3. v. 16. & Rom. 15. v. 4. refertur, absolviturq; θεωρία & πράξις, *Theoretica* accommodatio habet διδασκαλίαν καὶ ἐλεγχον. *Practica* ἐπιμόρφωσιν παιδείαν καὶ παρακλήσιν. Et hoc est, quod ad Tit. 1. v. 9. Paulus ait : Episcopum oportet esse δυνατόν παρακαλεῖν ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ὑγιαίνουσα καὶ ἰσὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. Hujus memores moniti, operæ pretium facturos nos arbitramur in hac & quotannis (σὺν θεῷ) celebrandis Synodis præter sacrorum comitiorum Consilia de bono communi, cultu divino, sacris Ceremoniis ac ritibus Religionis incremento, vita & honestate Clericorum disciplina Ecclesiastica tuendâ afferendâq; immunitate, universo Clero hujus Baronatus normam & formâ sanæ interpretationis atq; salutaris accommodationis, verbi divini præbere in ὀρθοδοξίᾳ confirmanda & ἑτεροδοξία confutanda. Elegimus autem priorē ad Timotheū Epistolā, quia insignem continet institutionem de gubernatione Ecclesiæ, ubi & Doctoribus & auditoribus salutaria præscribuntur præcepta, juxta quæ, si utrobique vivatur, omnia ordine ac decenter in Ecclesia peragi queunt,

semperq; magno cum fructu hanc ad Epistolam recurrere licet, quoties de bona alicujus Ecclesiæ constitutione deliberatio incidit, ut non immeritò *August. lib. 4. de doct. Christi cap. 16. hanc cum posteriori, & ea, quæ ad Titum scripta est, ante oculos habere voluerit eum, cui est in Ecclesia Doctōris persona imposita.* Tractabimus nunc caput primum 1. ιστορικῶς. 2. φιλολογικῶς. 3. ἐξηγητικῶς. 4. ἀρμονικῶς. 5. δογματικῶς. 6. ἐλεγκτικῶς. 7. ὁμηλικῶς.

I. TRACT. ιστορικῆ.

Παύλος ἔ-  
 Αποστόλος  
 ἡ πρὸς Τι-  
 μόθεον ἐπι-  
 στολή.

**U**tramq; ad Timotheum, & quæ ad Titum est, Epistolas quondam respuit Marcion teste Epiphonio *hæres. 42. ac Hieronymo præfat. comment. Epist. ad Titum.* Ebionitæ omnia Pauli scripta rejiciebant, teste Irenæo *lib. 1. cap. 26. & Epiph. hæres. 30.* Sed autoritatem hujus Epistolæ, ut omnium Paulinarum, Canonicam & verè divinam evincit, 1. genus doctrinæ divinum, 2. conformitas cum Scriptura V. Test. 3. certitudo Autoris, 4. styli Apostolici majestas, 5. Ecclesiæ primitivæ testimonium universalissimum, 6. internum cordis nostri suffragium.

πρὸς Τιμό-  
 θεον.

(2.) Timotheus matre Judæa, cui nomen Eunice, filia Laidis, patre verò Græcus natus est Lystræ in oppido Lycaoniæ *Act. 16. v. 1. 2. Tim. 1. v. 5.* à Paulo tanquã comes peregrinationis suæ perpetuus assumtus, propter Judæos circumcisis *Act. 16. v. 2, 3.* postmodum Ecclesiæ Ephesinæ Episcopus constitutus, cui muneri annos quindecim præfuit, ibique, ut ferunt, cum in festo Dianæ sacro, cultus idololatricos acerbius taxaret, lapidibus obrutus, expiravit, 24. Jan. sub Nerone Imperat. Petilianus Donatista olim Timotheum Pauli discipulum pro Laico habuit, *referente August. lib. 3. contra Ister.*

liter. Petil. cap. 106. sed constat ex hac Epistola, quod fuerit insigne lumen Ecclesiæ orientalis. Eusebius Casar. lib. 3. hist. Eccl. cap. 4. & lib. 11. cap. 20. scribit, Timotheum fuisse Petri successorem Alexandriæ. Niceph. lib. 2. hist. cap. 22. eundem cum Apostolis morienti virgini Deiparæ effuisse testatur. Nonnulli Angelum esse putant, cum quo Christus exoptulat Apoc. 2. v. 4.

(3.) Scripsit priorem hanc Apostolus Laodiceæ oppido Phrygiæ Pacatianæ. Athanasius in Synopsi & Theodoretus præfat. in Epist. Pauli, Epistolam hanc in Macedonia scriptam, ait. Sed refragatur annexa subscriptio πρὸς Τιμόθεον πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἧς ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας ἡ Πακαλιανῆς. Et Syrus: Finitur Epistola ad Timotheum prior, quæ scripta fuit è Laodicea.

ἐπιστολὴ  
πρώτη.

(4.) Ephesus fuit civitas Asiæ minoris clarissima, superstitioni & magiæ valdè olim dedita, ubi Paulus multas concionibus suis ad fidem convertit, & curiosa sectantes eò perpulit (ut habetur Act. 19.) ut libros magiæ, quæ comes est Idololatriæ publicè combusserint. In hac urbe Paulus triennio commoravit, & discedens reliquit Timotheum.

vers. 3.  
προσμείνου  
ἐν Ἐφέσῳ

(5.) Hymenæus circa fidem naufragium fecit, ætate Domitii Neronis circa annum Domini 56. factusq; apostata & hæreticus, multos à veritate sectanda avertit: jam tum resurrectionem factam esse asserens, nec amplius futuram; in hæresin lapsus fuit, ut vocabulum significare videtur ob voluptatum sectationem. Hymenæus enim & Deus & carmen nuptiarum apud Græcos, sicut Thalassius apud Romanos.

vers. 20.  
ὅν ἐστιν Ὑμέναιος,

Alexander non Baucalis presbyter, Arrianae diffusionis primus autor, nec Latro, de quo Euseb. Casar lib. 5. hist. Eccles. cap. 19. Sed Ærarius 2. Tim. 4. v. 14. qui

καὶ  
Ἀλέξανδρος

ob spem gloriosæ apud populares suos aucupandæ, Pauli hostis fuit juratissimus.

II TRACT. Φιλολογικῆ.

v.1. **Κ**ΑΙ' ἐπιταγὴν. *Vulg.* secundum Imperium. *Syrus* כְּמַצְוֵי per mandatum, & *Theophylacti* interpretes juxta mandatum, sive, ut alii malunt, juxta delegationem. Et sanè vox ἐπιταγὴ non solum imperium, sed etiam injunctionem & delegationem significat ἀπὸ τῆς ἐπιτάξεως quod est injungo, impono: *Benè igitur hic annotat Chrysostr.* plus esse ex delegatione & imperio Apostolum dici, quàm vocari tantum. Nam ad Rom. I. v. 1. dicitur κλητός; hic verò indicatur esse non solum vocatus, sed etiam jussu Dei electus. *Et acutè Theophyl.* ἐνεργέστερον ἐστὶν imperium quàm vocatio.

Θεὸς σωτήρ. Hoc epitheton aliàs Filio καὶ ἐξοχὴν tribuitur, quo moventur nonnulli & hic significari Christum, unde *in Complutensi Codice* legitur: Θεὸς πατὴρ & καὶ σωτήρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός. *Sed vetustissimi Codices* conjunctionem postponunt, & vox σωτήρ commune est in Scripturis Patri & Filio: unde & alibi Deus Pater appellatur Salvator יְהוָה הַמּוֹשִׁיעַ אֶת-יִשְׂרָאֵל vivit Dominus Salvator Israël 1. Sam. 14. v. 39. confer 2. Sam. 22. v. 3. Job. 13. v. 16. Ephes. 17. v. 10. Ose. 13. v. 4.

καὶ Κυρίῳ Ἰησοῦ. *Vulgata* habet, Christi Jesu, sicut etiam *Syriaca paraphrasis*. Sed major emphasis latet in fontibus, Hinc olim (ut refert *Nicephorus lib. 9. cap. 13.*) vigente hæresi Ariana offendiculo erat Catholicis, si quis simpliciter Christum sine honoris præfatione & illatione divinitatis nominaret.

Τῆς ἐλπίδος ἡμῶν Spei nostræ, vel, qui est spes nostra. Nam articulus τῆς habet vim exponentis.

Vers. 2. Τιμοθέῳ γνησίῳ τέκνῳ *Vulg.* dilecto filio, quòd

quod minùs quàm germano *advertente Hieronymo*. Germanum vocat, id est, genuinum sincerum, verum, (sic Syrus *παραφράσις*) quod præ cæteris ad similitudinem N777  
Pauli in fide, confessione & vita quàm proximè accedat  
Phil. 2. v. 20. Neminem habeo (sunt verba Apostoli nostri) pari mecum animo præditum, qui germanè res nostras curaturus sit.

*Χάρις, ἔλεος, εἰρήνη.* Hæc tria tantum in Epistolis ad Timotheum & Titum conjunguntur, quod *Theophylactus* observavit, & distinguuntur sicut causa & effectus. Gratia significat benevolentiam & amorem DEI erga nos, ex qua oritur misericordia, quæ afficitur nostris miseriis, ex hac autem pax conscientia Rom. 5. v. 1.

*Καὶ κυρίως Ἰησοῦ Χριστοῦ κυρίως ἡμῶν.* Iteratio vocis *κυρίως* notanda. *Erasmus* transfert: A Domino Jesu Christo, qui est Dominus noster, quis aliter sit Dominus omnium, aliter fidelium cap. 4. v. 10.

Verf. 3. *Καθὼς παρεκάλεσά σε προσμεῖναι ἐν Ἐφέσῳ.* *Syrus* omisit particulam *sicut*, fortè quia nullam ἀπόδοσιν in textu vidit. Quædam exemplaria legunt *ἔτως*, quod *Faber Stapulensis* vertendum putat: sic rogavi te, quem jure reprehendit *Erasmus* in annot. *super N. Test.* quia *ἔτως* nunquam idem est ac *ὡς*. Repetendum in hac elliptica oratione aliquid est *ὅτι* & *κοινῶς*: sicut rogavi ut maneres Ephesi, *ita facito, maneto.* *Cajetanus* suspendit hujus versiculi sensum usq; ad v. 18. sed nimis inconcinnum hoc esset hyperbaton.

*Παρεκάλεσά σε* verti potest, hortatus sum te vel rogavi te. Observa (*inquit Theophyl.*) quod non Doctoris, sed supplicis sit usus vocabulo.

*Προσμεῖναι* potest esse vel infinitivi vel imperativi modi, *monente Erasmo.*

*Μη*



ἵνα παραχρῆ-  
λης ut man-  
dares. Lu-  
ther. Und  
gebdest;  
sed hac ra-  
tione vides  
tur aliquid  
hiulcum  
introduci.

757 Μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν *Theophyl.* Aliter docere est alia  
præcepta seu diversam doctrinam subintroducere. Pro-  
priè significat, nunc his, nunc illis uti Doctoribus. Hic  
tamen meritò cum *Chrysof. Theodor. Primas. Ambros.* ad  
Pseudo-Apostolos restringimus, quorum doctrina non  
tantùm alia & peregrina erat, sed & veram adulterabat.  
Ita enim ἕτερον accipitur Act. 2. v. 4. I. Cor. 14. 21.

Verf. 4. μύθους vocat non tantùm res falsas & fictas  
pro animi libitu; sed etiam inutiles, uti fabulæ & fictæ  
narrationes.

758 Γενεαλογίας ἀπεράντις. *Vulg.* Genealogiis indeter-  
minatis. *Juxta fontes*, quæ finem non habent, *Ambros.*  
vertit, infinitis. *Tertull.* indeterminabilibus.

759 ἡ οἰκοδομίαν θεῶν. *Græci Patres* ferè legunt οἰκονομίαν.  
Differentia est: *Prior* propriè significat ædificationem:  
*Posterior* providentiam circa gubernationem & dispen-  
sationem maximè rerum domesticarum.

760 Verf. 5. τὸ δὲ τέλος. Particula δὲ connectit. τὸ πα-  
ραγγελίας, præcepti, deducitur à παραγγέλλω denuntio.

761 Verf. 6. ἀποχρήσαντες est vox propria his, qui aber-  
rant à scopo. Metaphora igitur sumitur à malis jacula-  
toribus, uti *explicant Chrysof. Theoph. Oecum.*

762 Ἐξετραπήσαν εἰς ματαιολογίαν deflexerunt, in quo  
verbo emphasis major, quàm in *conversi sunt*, ad fidei  
πρώτως, ad morum aberrationem δευτέρως referendum.  
*Luther.* Zu vnnützem Geschwätz.

763 Verf. 7. Οἶδαμεν δὲ ὅτι καλὸς ὁ νόμος. Antipophora  
est, dum dicit, se non sectari legem, sed legis Doctores.

764 Verf. 8. Νόμος νομίμως elegans paronomasia. Lex  
bona est, si quis ea legaliter, seu secundùm naturam le-  
gis, vel secundùm mentem legislatoris utatur.

765 Verf. 9. ἔκείται. Notatur pondus maledictionis,  
quod

quod incumbit legis transgressoribus. Luther. *Gegeben.*

<sup>ἀνόμοις καὶ ἀνυποτάκτοις.</sup> *Vulg.* injustis & non subditis. *Ambros.* ex legibus & inobsequentibus. *Theoph.* iniquis & inobedientibus, generalem hisce vocibus injustitiam significat; subsequenter peculiares & præcipuas injustitiæ partes.

*Verf. 10.* ἀνδραποδισαῖς plagariis, dicti quasi τῶν ἀνδραπόδων ποδισαῖ fures manciparii, vel qui ex mancipiis quæstum faciunt. *Lyranus* ridicule: Plagarii sunt affueti plagas & verbera aliis inferre.

*Verf. 11.* τῆ ὑγιαίνουσα διδασκαλία κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῆ δόξης τοῦ μακαρίου Θεοῦ. *Sana doctrinæ quæ est secundum Evangelium gloriæ beati Dei, h. e. secundum Evangelium quò glorificatur & beatificatur Deus.* *Hebraismus* ὁ ἐπιστεύθη ἐγὼ *Malè à Fabro* redditum, cui creditur sum ego, pro, quod concreditum est mihi. *Erasmio Interprete.*

*Verf. 12.* Καὶ χάριν ἔχω τῷ ἐνδυναμώσαντί με Χριστῷ. *In quibusdā Codd.* Latini Interpretis redundat particula IN.

*Verf. 13.* ὅτι respondet particulæ ἵνα, quæ non causaliter, sed adversativè explicanda per quamvis, quamquã *Act. 1. v. 17.* Misericordiam consecutus sum, quanquam ἐν ἀπιστία vel ἐν hîc ponitur pro διὰ mere *Hebraorum*, vel subintelligitur ὧν, ignorans feci. Confer *Genes. 8. v. 21. Exod. 34. v. 9. Psal. 25. v. 11. Psal. 41. v. 5.*

*Verf. 14.* Μετὰ πίστεως. *Rectè Chrysof. Theoph. Oecum. & Primas.* hanc præpositionem hîc exponunt causaliter per fidem, qualis *Hebraismus* in V. & N. T. usitatissimus.

*Verf. 15.* Πιστὸς ὁ λόγος fidelis, h. e. certus, indubitatus. Idem hæc particula apud Apostolum valet, quod apud Hebræos אמן. *Theodor.* vertit: ab omni mendacio alienus ac firmus.

Ἀποδοχή acceptionem & approbationem sonat, quo

B.

sen-

sensu Syrus habet: sermo dignus qui recipiatur. *ἄριστος*.  
 & August. Sermo humanus gratus & acceptus; quod ta-  
 men Hieronymus minus acurè impugnat, Si humanus es-  
 set, inquit, & non divinus, non esset omni acceptione  
 dignus, ὧν πρῶτος & εἰμὶ ἐγὼ primus, h. e. pessimus, Inter-  
 prete Augustino serm. 10. de verbis Apostoli.

Verf. 16. πᾶσαν μακροθυμίαν omnem longanimita-  
 tem, h. e. perfectam. Similis Hebraismus occurrit Psal.  
 108. v. 3. 1. Cor. 13. v. 2. Luth. Alle Gedult.

Τὸ βασιλεῖ  
 τῶν αἰώνων, id  
 est, αἰώνιος.  
 Hebr. Regi  
 per omnia  
 secula vi-  
 venti.

Verf. 17. Μόνω σοφῶ Θεῶ. Latinus cum Syro omiserunt  
 σοφῶ. Sed Græci Patres constanter legunt.

Ἀμὲν particula approbantis aliquid, origine He-  
 bræa. Quidam vertunt, fiat. Aquila πισομένως fideliter si-  
 ve verè. Unde in primitiva Ecclesia mos fuit, ut fideles  
 post recitatas preces responderent, Amen. 1. Cor. 14. qui  
 hodiernum observatur. De hac voce *vid. Hieron. ad Ga-  
 lat. 1. August. tract. 41. in Job. super verba: Amen, Amen  
 dico vobis.*

Verf. 18. ἵνα σπείρῃ elegans metaphora, qua de adi  
*Chrysof. & Theoph. in annot. & August. lib. 1. de Civ. D. c. 1.*

ἐναύγησαν  
 ναυfragiῶν  
 fecerunt.  
 Vulg. bar-  
 barè nau-  
 fragabe-  
 runt.

Verf. 19. ἀπώσάμενοι. Vulg. repellentes. Sed est præ-  
 teritum, qua repulsa.

Verf. 20. ὧν ἑσὶν. Vulg. ex quibus, significanter & ad  
 fontes magis, quorum de numero. Syrus habet parti-  
 culam ὡς Sicut.

ἔς παρέδωκα. Tertull. in apolog. cap. 39. hanc traditio-  
 nem vocat divinam censuram. Cyprian. Ep. 62. gladium  
 spiritualem. Hieron. Epist. 1. spiritualem mucronem.  
 Epist. 53. virgam ferream.

### III. TRACT. ἐξηγητικῆ

v. 1. **P**Ræmittit usitatam subscriptionem, inscriptio-  
 nem & salutationem, & quidem se Christi A-  
 posto-

postolum in ipso Epistolæ veluti fronte vocat 1. ad conciliandam doctrinæ suæ autoritatem, 2. ad ostendendam muneris dignitatem, 3. ad detegendum Pseudo-Apostolorum peruersitatem. Adde, quod Apostoli nomen ita quadrat in eum, ut jam per ἀποστολίαν Apostolus vocetur. Chrysost. homil. ult. T. 3. Quando Apostolum dixeris, omnes illum Paulum cogitant. Suffragatur August. lib. 3. cont. duas Epist. Pelag. cap. 3. rationem petere licet ex 1. Cor. 15. & 2. Cor. 12. Imperium ad quod provocat, à Filio accepit Act. 9. v. 7. & tamen hic Patri ascribitur, quia opus est Trinitatis καὶ ἐγώ. Vide Theoph. h. l. & Oecum.

Christus vocatur spes nostra, quia in ipsum speramus & credimus. Quidam hanc causam reddunt, quia ipse operatur spem in cordibus nostris. Alii, quia est fundamentum spei nostræ unicum. Per eum enim solum speramus vitam æternam.

Vers. 2. Timotheo germano filio scil. doctrinæ & imitationis ratione, non tantum ætatis, ut putat Erasmus gratiam, misericordiam & salutem optat.

Vers. 3. Blanda & modesta est admonitio. Residentiam Episcoporum esse juris divini, quidam Pontificii probant ex verbis Pauli, ut remaneres Ephesi. Moneo hic, perpendant omnes, AntiChristianorumne sit hoc responsum, quod opponit Pontificius Doctor, suæ confessionis hominibus, residentiam esse juris divini, ac proinde in ea Pontificis dispensationem non habere locum contendentibus: Quasi in iis, quæ essent de jure divino non possit summus Pontifex ex causa dispensare, ut in voto, juramento & matrimonio etiam, rato?

Quanam in profectione relictus sit Timotheus Ephesi incertum, neq; obtinet Thomæ sententia, qui tertiam ponit.

Vers. 4. Illustratur exemplo superius præceptum, quid si nimirum *ἑτεροδιδασκαλεῖν*.

Per fabulas non intelligimus, 1. cum *Tertulliano*, *Valentinianorum* disputationes de infinitis *Æonibus*. *De præscript. cap. 33.* nec 2. *Genethiacos & Magos Ephesiorum Act. 18. v. 19.* nec 3. *Gentilium* fabulas, sed 4. cum *Athanasio & Augustino* *δευτερώσῃς* *Judaorum*, quæ cum essent multivariæ, exempli loco *Apostolus* affert *genealogias*.

Vers. 5. Opponitur inutilibus istis quæstionibus vera *Theologiæ* tractatio, cui pro fine *caritas*, pro fundamento *Verbum Dei &c.* *Caritas* est *τέλος*, h. e. finis seu scopus legis, *tum* ratione præcipientis, *tum* ratione obedientis, cui incumbit *τελεωσις*.

*Ambrosium παραγγελίαν* per *Synecdochen* numeri ad omnia legis præcepta, *Theophylactō* ad solum *Apostoli* præceptum referentem præferimus. De corde puro scribit *August. lib. 1. de Civ. Dei cap. 35.* quod sit vacuum cupiditate & amore sui, & nihil aliud diligat, quàm quod diligendum sit. *Conscientiam bonam Ambros. v. 1.* vitam bonam interpretatur. *Sincera fides illa* est, quæ describitur *Galat. 5.*

Vers. 6. Confirmatio superioris sententiæ subjungitur à contrario. *Verè Erasmus* hic monet *Theologos Scholasticos* ad *ματαιολογίαν* in disputationibus sæpissimè deflectere, quem ob id *sugillat Magalianus in comm. ad hunc l.*

Vers. 7. Sequitur superioris dicti amplificatio, ut constet. quinam ab illo scopo aberrant, cujus rei gratia illis tribuuntur quatuor *Epitheta*.

Vers. 8. Verus usus legis inculcatur. *Ambros.* intelligit legem *Ceremonialem*; sed *sequentia testantur, Paulum loqui de lege morali.*

Vers.

Verf. 9. & 10. Legitimus legis finis explicatur, quod per eam mores & vitia corrigantur & emendentur. *Iusto lex non est posita, quoad justificandi d'ouaiv & condemnationem. Non coactivè, sed directivè justum attinet.* Progreditur Apostolus à generalibus ad specialia, & in his observat seriem Decalogi.

V. 11. Cōmendatur Evangelium ab effectu & autore.

Verf. 12. Pauli Exemplo doctrina Evangelii illustratur, & ratione vocationis ad Apostolatam redditur. Fidelis non pro credente hic ponitur in Christo, sed pro eo, qui in rebus sibi concreditis strenuus & diligens permanet, sicut & 1. Cor. 4. *Ambros.* ad fidem salvificam restringit; sed prior obtinet sententia, quam *tuentur Chrysof., Theoph., Theodor. Oecum.*

Verf. 13. Pauli culpa & Dei gratia amplificatur. In culpæ exaggeratione tres occurrunt malitiæ gradus, 1. est blasphemia, quæ plus quàm maledicentia, 2. persecutio, quæ major blasphemia, 3. violentia seu crudelitas, quæ omnium maxima Act. 9. v. 2. cap. 26. v. 1. Gratia amplificationem suppeditat præter gravissimorum scelerum confessionem ingenuam, verbum misertus est. Misericordia enim plus est quàm venia: hanc remissionem peccatorum infert, illa simul dignitatem tanti muneris includit. Per ignorantiam putant aliqui extenuari Pauli peccatum. Neque enim invidia ductus bellum gerebat, sed pro lege decertabat, ut *loquitur Theodoretus.* Alii rectius exaggerari, quæ sententia est *August. Thom. Salmeron. Gloss. Ordin. inquit,* exaggerat, non extenuat. Non igitur ex h. l. probatur, quædam peccata sua natura esse venialia. Ut vel maximè verum esset, diminutionem aliquam gravitatis culpæ indicari, hoc tantum eliceretur, non omnia esse paria, sed aliud alio gravius.

Verf. 14. Denuò αὐξήσις Dei gratia, confirmationis

vice additur. *Fidem opponit priori ἀπιστία dilectionem & crudelitati*, quam prius adversus Ecclesiam exercuerat.

Vers. 15. & 16. *Hypothesis transfertur ad thesin*. Et utitur Apostolus magna *πληροφορία* ac obtestatione hoc in genere, quia rationi incredibile videtur, Deum justificare impium. *August. super Ps. 70.* Quid est ergo primus? Antecedens omnes non tempore, sed malignitate, *Chrysostr. & Theophyl.* referunt ad tempus conversionis, sed minus appositè. *Heretici* quidam, referente Thom. lect. 4. h. e. finxerunt Adæ peccatricem animam in Paulum fuisse transfusam, obq; id verè dici peccatorum primum. Sed ridiculum hoc simul ac impium. Primus dicitur non ordine aut ætate, sed 1. humilitate, 2. peccati enormitate, 3. misericordiæ consecutione.

Vers. 17. Gratiarum actio instituitur, & egregia accumulatur aliquot epitheta Dei, ut animos nostros extollamus ad eum, à quo tanta est misericordia &c. *Rectè Theodor.* advertit, Apostolum non solùm uni personæ divinæ (quamvis qui uni defert, omnibus defert) sed ipsi Trinitati individuæ gratias agere. *Particula taxativa Soli non excluditur, quicquid est commune naturæ personarum, sed quicquid est à consortio personæ*, de qua agitur Johan. 17. Act. 4. refertur autem ad Patrem peculiari ratione, quia ipse solus est à seipso.

Vers. 18. *προσφώνησις* ad Timotheum singulari verborum emphasi ornata instituitur.

*Per Prophetias quidam* intelligunt dona Spiritus S. quidam lignum cœlestè in electione Timothei factum, & annotat *Theoph.* consuevisse Deum in exordio Ecclesiæ insignium virorum in Episcopos aut Presbyteros electionem per manifestam Prophetiam approbare.

*Nos*

illos simplicissime de monitis & consiliis Apostolicis accipimus, præcedentes istas Prophetias cum *Ambrosio*.

Verf. 19. Exhortatio continuatur. Naufragium autem fidei Tossanus & reliqui Calviniani intelligunt tantum de apostasia à veritate Evangelii; sed antithesis ostendit, etiam de vitæ improbitate accipi. Nam Syrtes & scopuli, ad quos fidei navis alliditur, sunt & hæresis & mores vitæ corruptæ.

Verf. 20. Duobus, vid. Hymenæi & Alexandri exemplis confirmatur præcedens monitum. Hoc enim duos hæreticos Paulus Apostolicâ suâ autoritate ad terrorem cæterarum excommunicatione punit, non quidem, ut periret ipsorum anima, sed ut desinerent maledicere.

#### IV. TRACT. ἁρμονικῆ.

v. 4. **P**Aulus non vult attendi genealogiis. At in Vet. Test. commendatur studium agnoscendi genealogias, quod maximè apparet in Paralipomenis, in libris Esdræ, in lib. Josuæ per multa capita: quod studium Genealogiarum adhibuit Matth. & Lucas,

*ἄρμ.* Apostolus non prohibet genealogias, i. Politicas, 2. Ecclesiasticas, sed 3. Judaicas vel matæologicas de duabus uxoribus Adami vel falsam & fictam genealogiam Christi: vel 4. abusum Ecclesiasticarum.

Verf. 5. Caritas appellatur finis præcepti. At Rom. 10. v. 4. Finis legis Christus dicitur.

*ἄρμ.* Τέλος duas, potiores habet significationes, 1. notat finem seu rei perfectionem, unde apud Demosthenem est τὸ τέλος ἔχον, 2. vectigal seu tributum, hinc  
sur-



surgit τελώνιον Matth. 17. v. 25. Rom. 13. v. 7. Christus dicitur finis legis secundum utramque significationem, Caritas tantum secundum priorem.

Vers. 5. Requirit Apostolus fidem non fictam. At quomodo fides ficta esse potest, cum passim definatur per assensionem mentis & fiduciam cordis, que aut vera est aut nulla, Rom. 4, 21. Col. 2, 2. Heb. 6, 11. ?

Ἀρμ. Ficta fides esse potest non in oculis Dei, sed coram hominibus.

Vers. 8. Scimus quod lex bona sit. At Dominus apud Prophetam dicit, dedi dis precepta non bona Ez. 20, 25. ?

Ἀρμ. 1. *Quidam* ex veteribus locum Ezechielis intellexerunt de lege ceremoniali, quæ post abrogationem amplius bona non est. 2. *Cassianus* coll. 23. cap. 4. de moralibus explicat comparatè respectu Evangelicæ scilicet perfectionis. 3. *Hieron.* de indifferentia. Dicunt enim non precepta mala, sed non bona, quod etiam potest esse indifferens. 4. *Lyra* eventualiter. 5. *Simplicissimè resp. precepta non bona dici occasionaliter & judicialiter, quàm posteriorem conciliationem retinet Lush. in versione & glossa.*

Vers. 9. Paulus scribit, justis legem non esse positam. At David orat Ps. 119. v. 33. Legem pone mihi Domine.

Ἀρμ. David intelligit directionem. Apostolus, 1. justificationis, 2. maledictionis, 3. coactionis attendit respectum.

Vers. 13. Paulus fatetur se blasphemum fuisse, & tamen misericordiam esse consecutum. At Christus Matth. 12, 31. blasphemiam non remitti posse dicit ?

Ἀρμ. Peccatum blasphemie duobus dicitur modis, 1. καὶ ἐξοχήν de peccato in Spiritu S. 2. *Vulgariter* de maledicto, quod fertur in Deum & verbum ejus. Non priori, sed posteriori modo Paulus se blasphemum ante conversionem fuisse fatetur.

Vers. eod. Paulus se misericordiam consecutum esse affir-

affirmat. At cur David orat Psal. 59. v. 6. Non  
misereris omnibus, qui operantur iniquitatem?  
*Argu. August.* respondet, Psalmistā respicere hīc non  
miseritiam, sed divinam justitiam. 2. Nos putamus,  
obdurationem extremam.

Verf. 17. Paulus Deum vocat invisibilem. At Jacobus  
Gen. 32. v. 30. ait: Vidi Dominū facie ad faciem.  
*Argu.* Distinguiamus (1.) inter visionem comprehen-  
sivam & intuitivam, de illa Paulo, de hac Jacobo est ser-  
mo. (2.) inter essentiā nudā & formatā seu objectā fi-  
gurā alicujus contemplationem, priorem Paulus, po-  
steriorem Jacobus intelligit.

V. TRACT. *Δογματικῆ.*

Juxta articulos Augustanæ Confessionis, quæ (non fi-  
ctitia, aut Philippea, aut suevica, seu quatuor civita-  
tensis) Ecclesiarum protestantium symbolum.

Agit autem

*Artic. 1.* in *Θεοδ.* 1. de essentiā divinæ unitate, 2. Per-  
sonarum Trinitate & æqualitate.

*Δόγμ.* *Essentiæ unitatis* desumi potest è vers. 17. Soli  
Deo &c. Particulam enim exclusivam Soli non ad per-  
sonam, sed naturam seu essentiā divinitatis referri  
piè existimamus.

*Δόγμ.* *Personarum æqualitatis* è vers. 1. Pater ibi voca-  
tur Salvator, Filius spes; Alibi (1. Tim. 4. v. 10. Tit. 2. v. 10.)  
Christus Salvator, Pater autem spes dicitur Rom. 15. v. 13.  
*Ideò eruditè commentatur Theodoretus:* Deo conjunxit  
Christum, inquit, Dominum, ostendens honoris æqua-  
litatem. Deum autem salutem, & Christum spem voca-  
vit, non ita dividens, nec hoc quidē illi, illud vero huic  
tribuens, sed utrumq; ei utraq; persona intelligens. E-  
tenim beatus David utrumq; posuit in una persona,  
Psal. 65. v. 6.

C

*Artic. II.*

*Artic. II. Summarie alia inter 1. de quibus natu-  
ris in Christo : Divina & Humana. 2. de Christi officio.*

*Δόγμα. De divina Christi natura (1.) è vers. 1. Appel-  
lans Apostolus Christum spem nostram satis ostendit,  
eum non hominem tantum, sed etiam Deum esse, quod  
piè observat Tertull. de Trinit. scribens, multum interesse  
ad spei nostræ stabilitatem, ut Christus DEUS & Homo  
sit: si homo tantummodo Christus, cur spes in illo po-  
nitur, inquit? cum spes posita in homine maledi-  
ctum referatur Jerem. 17. ad eundem exponunt mo-  
dum Chrysostom. Theophilus, Theodoretus, Ambrosius, &  
potior Patrum chorus. (2.) è vers. 15. Quamvis enim non  
simpliciter ex adventu Christi in mundum ejus divini-  
tatem probemus, ut calumniatur Oosterodus in Instit. cap.  
16. §. 1. probare tamen eandem firmissimè possumus  
ex similibus, quando Scriptura conjungit, exiisse à Pa-  
tre, de cælo descendisse, & in mundum missum es-  
se.*

*Δόγμα. De humana Christi natura è vers. 15. quo in de  
magno pietatis mysterio, incarnatione λόγος.*

*Δόγμα. De officio Christi Sacerdotali è vers. 2. Christus  
spes nostra etiam meritò dicitur è vers. 15. quod pecca-  
torum gratia, unigenitus Dei Filius homo factus sit  
Matth. 9. Luc. 5.*

*Artic. IV. De Justificatione, 1. καὶ ἔργων, scil. propria  
merita ac opera excludi, 2. καὶ ἀθέτων, hominem gratis  
propter Christum per fidem justificari.*

*Δόγμα. è vers. 14. 15. & 16. Ibi Paulus non ad aliquod  
meritum, sed ad solam Dei benignitatem & Christi sa-  
tisfactionem suam refert justificationem. Valeant ergo  
omnia Monachorū opera, quibus hominū peccata ex-  
piare cupiunt. Confer Rom. 11. v. 6. Nullus est intuitus  
meriti nostri, nullus alienorum operum, neq; in electione  
Ephes.*

Ephes. 1. v. 6. *neq; in vocatione* 2. Tim. 1. v. 9. *neq; in justificatione* Rom. 3. v. 24. *neq; in salvatione* Ephes. 2. v. 8.

*Artic. V. De ministerio verbi & Sacramentorum.*

*Δόγμα.* è *vers. 1. 11. & 12.* de immediata vocatione, quæ in Ecclesia jam cessat; è *vers. 3.* de immediatè ac mediatè vocatorum præcipua functionis parte, quæ & verbi divini pura prædicatio, & ejusdem contra corruptelas defensio; è *vers. ult.* de ministerii Ecclesiastici potestate, quæ duplex, ordinis & jurisdictionis.

*Artic. VI. De fidei fructibus seu bon. oper. & quidem horum tum de necessitate, tum de qualitate.*

*Δόγμα.* De bonorum operum necessitate è *vers. 19.* Non enim satis est fidem habere, nisi fidei laudabilis vita & conscientia bona comes accedat.

*Δόγμα.* De bonorum operum qualitate è *vers. 5.* In caritate, ex corde puro, conscientia bonâ & fide non fictâ promanant Hebr. 11. v. 6. Rom. 14. v. ult. Nazianz. in orat. de redivo ex Agro: *ἐκ ἐστὶ χωρὶς πίστεως πρᾶξις ἔκρηξις.*

*Artic. VII. De Ecclesia, cujus 1. Attributum sanctitas, 2. Nota sincera verbi prædicatio.*

*Δόγμα. 1.* De attributo sanctitatis ob efficientem principalem Christum è *vers. 1.* Confer Ephes. 5, 26. ob instrumentalem offerentem & apprehendentem verbum & fidem è *vers. 11. & 14.* Confer Joh. 17, 17. Act. 15, 9. Ephes. 5, 26, ob formalem & finalem è *vers. 5. & 19.* Confer 1. Cor. 1, 30. Coloss. 1, 14. Ephes. 1, 4.

*Δόγμα. 2.* de nota verbi è *vers. 3. & 4.*

*Artic. VIII. De Ecclesie conditione & statu externo, seu mixtura fidelium & infidelium, verorum & Pseudo-Doctorum.*

*Δόγμα.* è *vers. 3.*

*Artic. XI. De Confessione privatâ retinendâ.*

*Δόγμα.* è *vers. 15,* ubi ratio confessionis Paulinæ generalis

ralis. Non enim erubescit Apollolus se primu peccato-  
rem nominare. Privatim David Nathani 2. Sam. 2. v. 13.  
Judæi Johanni Bapt. Matth. 3. v. 6. peccata confitentur,  
quam confessionis speciem veteres ἐξομολόγησιν voca-  
runt ex Actis cap. 19. v. 18. usitata fuit in primitiva Eccle-  
sia teste Socrate lib. 9. Tripart. cap. 35. Parilem absolutio-  
nis rationem judicamus ob subordinatorum & correla-  
tivorum naturam.

*Artic. XII. De pœnitentia (1.) subjeçto*, quod lapsi seu  
peccatores omnes post Baptismū, quibus omni tempo-  
re, quo convertantur, porta cœli aperitur (2.) *partibus*  
veris & propriis, quæ contritio & fides. (3.) *effectu &*  
*fructibus*, qui bona opera, inter quæ eminet dilectio.

*Δόγμα. 1. De subjeçto è vers. 13. 14.* Apostolus proprio  
exemplo confirmat certitudinē gratiæ divinæ erga pec-  
catores gravissimos, dummodo pœnitentiam egerint,  
quòd venia eis non denegetur unquā. Idem testatur I-  
dololatria Aaronis Exod. 42, 4. Adulteriū Davidis 2. Sa-  
muel. 11, 4. Homicidia varia & Idolomania Manassis 2.  
Reg. 21, 3. Abnegatio trina Petri Matth. 26, 70. Furta Za-  
chæi & Matthæi Luc. 19, 8. Matth 9, 9. Latrocinia latro-  
nis in cruce Luc. 23, 42. Sed benè his, de *lapsibus Ambros.*  
*ad Theodos. Imper.* Lapsus Sanctorū non esse imitationis  
sed consolationis, quandoquidē iteranda pœnitentia,  
quoties peccatur.

*Δόγμα. (2.) de partibus 1. contritione è vers. 13.* Blasphē-  
mias & persecutiones profitetur Paulus, non ut glorie-  
tur in malitia (Nam ut ait August. non est gravius scelus,  
quàm de peccato remisso recordando gaudere) sed ut  
verā animi humilitatem seu contritionē indicet. 2. *Fi-*  
*de.* Ibid. Fidei enim vox est, misericordiā consequutus  
sum, & è vers. 14. superabundavit gratia Domini nostri  
Jesu Christi: Non autem promiscuè in omnibus pecca-  
tori-

toribus gratia exuberet, sed in iis, qui vera fide ad Christum confugiunt. Et hæc præcipua pœnitentiæ pars faciens eam salutarem.

*Δόγμα. (3.) De effectu è vers. 14.* conjungitur namque cum fide dilectio, per quam illa semper operatur, Galat. 5, 3. & hominem justificatum ostendit.

*Artic. XIV. De ministerio Ecclesiastico seu ministrorum legitimâ vocatione.*

*Δόγμα. De vocatione immediata, mediata & forma interna seu potestate Ecclesiastica, ad Artic. V. superius adducta huc referentur.*

*Artic. XV. De ἀδιακρίτοις, ἀδιαφόροις, ἀπαρρητητοῖς, qui & quatenus tolerandi in Ecclesia.*

*Δόγμα. è vers. 4.* Vera & principalis conditio apprehenditur, quando non impediunt ædificationem, quæ est in fide.

*Artic. XVII. De novissimo Judicio & vita æterna.*

*Δόγμα. è vers. 14.* Finis fidei nostræ vita æt. pronuntiatur, quæ alibi (1. Pet. 1, 9.) salus animarum. Nam si in hac tantum vita speramus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus 1. Cor. 15, 19.

*Artic. XVIII. De arbitrio, quod in bono naturæ seu actionib. civilib. & externis liberum, in purè spiritualibus servum.*

*Δόγμα. è vers. 12.* Gratias ago ei, (sunt Apostoli verba) *πιστὸς με ἠγάπησεν ὁ θεὸς εἰς διανοίαν.* Nihil ergo hic tribuendū viribus Pauli, omnia debentur misericordiæ Dei, unde & confortat<sup>9</sup> & fidelis factus est in ministerio.

*Artic. XIX. De causa peccati, quæ non Deus, ut ut creet conservetq; naturam, sed voluntas hominis à Deo se avertens.*

*Δόγμα. è vers. 13.* Voluntati perversæ blasphemias & persecutiones Pauli tribui, extra dubium.

*Artic. XX. De fide & bonis operibus.*

*Δόγμα. è vers. 5.* Fidei justificantis elegantissima observari potest descriptio, quando vocatur ἀνυπόκριτος. Non ficta, non hypocritica, sed vera & viva seu justificans fides ea est, quæ consistit *partim* in notitia & assensu promissionum divinarum, *partim* in fiducia, quæ nobis promissiones illas in specie applicat, sola hæc fides justificat, nec tamen sola est.

*Artic. XXI. De cultu Sanctorum, 1. affirmativè, proponi posse memoriam ad fidei imitationem, 2. negativè non ad invocationem, scripturam enim unicum Mediatorem & intercessorem monstrare Christum.*

*Δόγμα. è vers. 1.* Unicus Christus est spes nostra, qui desperatis rebus nostris opem tulit. *è vers. 15.* Unicus Christus est Redemptor & Salvator noster, Unicus igitur Christus invocandus, & non simul sancti.

*VI. TRACT. ἐλεγκτικὴ. Quoad Pontificios.*

1. *Recipiunt Artic. 1. Aug. Confess. de Deo uno verbis, at factο παλυθεΐαν introducunt, dum honorem uni & soli DEO debitū, operaq; Dei propria aliis tribuunt, 1. Sanctis demortuis, quis invocandus, docent inani δαλείας καὶ λατρείας prætextu. 2. Mariæ virgini, quam Deo ceu parem conjungunt in Doxologiis, sic enim finit Bellarm. controversias: Laus DEO virginis, Maria. Imò non dubitant, baptismum vocare legitimum, si quis baptizet in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti & beatæ virginis lib. 1. novi Sacerdotalis p. 25.*

*Ελεγχ. è vers. 17.* Regi seculorum immortalis invisibili soli, sapienti Deo, honor & gloria.

2. CHRI.

2. *CHRISTO alios Mediatorez adjungunt.* Eckius  
in *Enchirid.* pag. 154. Unus est Mediator per redemptio-  
nem, sicut & unus Salvator; sunt autem plures Media-  
tores per intercessionem. *Coster. in Enchirid. de venerat.*  
*Sanct.* pag. 470. *Bellarmin. lib. 1. de sanct. beatitud. cap. 20.*  
§. Sancti etiam possunt dici Mediatorez inter Deum &  
eos, pro quibus orant. *Et ex Thoma* concedunt quidam;  
Christum esse universalem salutis nostræ causam, sed  
nec totalem nec integram, disputantes alias etiam par-  
ticulares accedere oportere.

Ελεγχ. è *vers. 15.* Opus salvationis soli **CHRISTO**  
tribuit Apostolus, cujus intercessio pro nobis apud  
**DEUM** cum nitatur ipsius merito & satisfactione, per-  
spicuum est sine fundamento aliàs vocari Mediato-  
res per intercessionem. Ut enim gloriam salvatio-  
nis, ita etiam Intercessionis alteri non dat, 1. *Johan.*  
cap. 2.

3. *Verbi divini puram predicationem essentialem &*  
*perpetuam Ecclesiæ veræ notam esse inficiantur* *Bel-*  
*larm. lib. 4. de notis Eccles. cap. 2. alii.*

Ελεγχ. è *vers. 11.* Sana Doctrina, quæ est secundum  
Evangelium gloriæ beati Dei, non sonat nisi in Eccle-  
sia vera, quam etiam constituit & format. Per ver-  
bum Evangelii **CHRISTUS** in nobis *μορφεται* Galat. 4.  
v. 19. quaque ab Ecclesia discernitur malignantium.  
Confer *Psal. 147. v. 19. Johan. 8. v. 31. & Ecclesiæ defini-*  
*tionem tanquam differentia specifica ingreditur, teste*  
*vel ipso Jesuita.*

4. *De peccati ratione voluntarium esse docent, Bellar-*  
*min. lib. 1. de amiss. grat. & statu peccati cap. 1. Non est*  
*propriè contra LEGEM, nisi id, quod est voluntarium.*  
*Ibid.*



*Ibid.* Non quodvis dictum factum, concupitum; sed dictum factum concupitum voluntarium contra legem æternam est peccatum, & lib. 2. de grat. & lib. arbit. cap. 7. §. At neq. Peccatum intrinsecè requirit liberam voluntatē, nec potest intelligi, quomodo aliquid sit propriè peccatū, si non sit propriè liberū; *Quæ omnia abusi dicto Augustini de vera relig. cap. 14.* eo fine disputant, ut concupiscentiā in non renatis peccatū non esse, ideoq; legem perfectè ab iis impleri posse, obtinere queant.

Ελεγχ. è vers. 13. Ignorans feci (sonat Confessio Paulina) in incredulitate, quòd sc. blasphemus, persecutor & contumeliosus fui. At ignoranter quæ committuntur involuntariè, committuntur contra legem, par ergo de iisdem iudicium. De peccatis autem ignorantia videtis Num. 15. v. 27. 28. Psal. 19. v. 13. Luc. 12. v. 48. Act. 3. v. 17. *Ad peccati enim rationem satis est τὸ ἀνομιᾶν sive adsit, sive absit τὸ ἐκείσθαι.* Ideò definitio Apostolica ἀνομίαν tantum non simul τὸ ἐκείσθαι habet, quod minimè fieret, si id ipsum quoque de peccati ratione foret.

5. *Hominem post lapsum tale adhuc habere liberum arbitrium, quòd ex sese & propria facultate vel ante conversionem ad gratiam præparare, vel in conversione aliisq; motibus & actionibus spiritualibus gratiæ divinæ cooperari possit, decernit Concil. Trident. & contrarium tuentibus Anathema dicit Sess. 6. cap. 4. Bellarmin. lib. 5. de grat. & lib. arbit. cap. 13. Coster. in Enchirid. pag. 226.* Retinuit homo libertatem, 1. in rebus adiaphoris & politicis, 2. ut gratiam à Deo oblatam recipiat vel rejiciat, 3. ut gratiæ admissæ cooperetur liberè.

Ελεγχ. è vers. 13. & 14. Conversionem suam Paulus in solidum misericordiæ & gratiæ Dei tribuit. Confer Actor. 26. v. 18. 28. cap. 16. v. 14. Phil. 1. v. 29. 2. Tim. 2. v. 25.

6. Di-

6. *Dilectionem* in hac vita ita perfectam esse posse, ut præcepto adimplendo sufficiat, affirmat *Bell. l. 2. de memb. Eccl. milit. cap. 13. & lib. 4. de justific. cap. 11.*

Ἐλεγχ. 1. è vers. 5. Finis præcepti est caritas de Corde puro. At nemo ex corde puro seu toto Deum diligit. Quis enim potest dicere in hoc seculo, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Prov. 20. 9. Ergò nemo adimplet præceptum dilectionis. Cur autem purum habere dicuntur renati, quia Christus per fidem habitat in cordibus ipsorū, quæ fide purificantur Eph. 3. 17. Act. 15. 9. Tum enim sponte sequuntur cogitationes puræ, quantum permittit carnis imbecillitas. *Lombard. lib. 3. sent. dist. 27. cap. 2.* Præceptum dilectionis non penitus impletur ab homine in hac vita mortali, sed ex parte, non ex toto: ex parte diligimus, sicut ex parte cognoscimus. In futuro autem seculo implebitur ex toto. *Et August. de perf. Justit.* Dum adhuc aliquid est carnalis concupiscentiæ, quod vel continendo frenetur, non omninò ex tota anima diligitur Deus, tunc demum cum nulla erit lex in membris, ex toto corde Deum diligemus. 2. è vers. 17. Deus vocatur invisibilis, h. e. Deum in hac vita nunquam plenè & perfectè cognoscimus. Ergò etiã plenè & perfectè eum non diligimus. Amor enim notitiam sequitur *August. lib. de sp. & lit.*

7. *De impletionem legis Bell. lib. 4. de justif. cap. 10.* Omnes Catholici summâ consensione docent, legem Dei justis hominibus absolutè esse possibilem.

Ἐλεγχ. è vers. 9. Lex justo non est posita. Utiq; si perfectè implere posset, posita esset, quoad justificandi *δύο ναμιν*, & justitia ex impletionem proveniret, sed teste Apostolo ad Romanos & Galat. Nemo ex lege justus est ob prævaricationem, ideò hîc scribit, legem justo non esse

D

posi-

positam, ut Christum confugiamus, qui est legis impletio  
Rom. 10. 4.

8. Evangelium propriè acceptum tantum concio-  
nem gratiæ esse, negat *Bell lib. 4. de justif. cap. 2.* ajens, E-  
vangelium etiam terrere.

*Ελεγχ. è vers. 15.* Fidelis sermo, & omni acceptione  
dignus est Evangelium, seu, quod idem, Evangelium est  
latū nuncium: Quod autem terret, non est sermo omni  
acceptione dignus vel latum nuncium, E, Evangelium,  
non terret.

9. Evangelium requirere bona opera, seu doctri-  
nam bonorum operum esse *disputat Bell. lib. 4. de justific.  
cap. 1. & seqq.*

*Ελεγχ. (1) è vers. 15.* constat, quòd Evangelium sit  
sermo gratiæ, doctrina bonorum operum non est talis  
sermo. Ergo Evāgelium non est doctrina bonorum ope-  
rū. (2) è *vers. 16.* definitur fide, cujus finis vita æterna, ut &  
Gal. 3. 2. & 5. Rom. 10. 8. 1. Tim. 4. 6. Rom. 3. 27. Sic igitur  
obsequium Evangelio præstandum positum est in cre-  
dendo, non in operando. Marc. 1 14. Rom. 1. 17.

10. Fidem justificantem fiduciam includere, per-  
negat *Bell. lib. 1. de justif. cap. 5. Concil. Trid. sess. 6. can. 12.*

*Ελεγχ. è vers. 14.* Fides est apprehensio gratiæ, quæ  
est in Christo Jesu, & talis apprehensio quid est, si fiducia  
non est?

11. Certitudinem de gratia Dei & remissione pec-  
catorū oppugnant *Conc. Trid. sess. 6. cap. 9. Bell. lib. 3. de ju-  
stific. c. 3. Cost. in Enchirid. 6. 4. de fide. Petrus à Soto in confess.*

*Ελεγχ. è vers. 15.* Certos utiq; nos facere potest 1.  
Sermonis fidelitas seu promissionum divinarum infal-  
libilitas 2. meriti Christi universalitas.

12. Fidei justificantis objectum Pontificii tam latè  
patere volunt, quàm latè patet verbum Dei, quin potius  
certam

certam promissionem specialis misericordiae, non tam ad fidē, quā ad præsumptionem pertinere contendunt.

<sup>Ἐλεγχ.</sup> è *vers. 15. & 16.* Proprium fidei justificantis objectum solus Christus Jesus Salvator, seu singularis illa misericordia Dei in Christo nobis promissa ostenditur.

13. *Dilectionem*, aliasq; virtutes à vera & salvifica fide re ipsa separat *Bellar. lib. 1. de justif. cap. 15.*

<sup>Ἐλεγχ.</sup> è *vers. 5. 14. & 19.* Cor purū, cōscientiam bonam, & dilectionem cum fide non ficta seu vera conjungi, quid est nisi inseparabilia & infallibilia veræ fidei signa poni, perinde, ut *Gal. 5. 6.* eadem dicitur ἐνεργουμένη δι' ἀγάπης.

14. *Electiōnem* secundum prævisionem meritorum seu operum bonorum factam esse disputat *Becan. part. 1. Theol. Scholast. cap. 14. quæst. 4.* Prædestinationem (inquirens) seu efficacem electiōnem ad gloriam factam esse ex prævisis meritis, docent præter antiquos Patres, *Alensis, Albertus, Bonaventura, Henricus, Gandavensis, Thomas Aquinas, Occam, Gabriel Johannes Major, Albertus Pigghius, Osorius, Ruardus, Driedo, Eckius, Turrianus, Stapletonus, Bartholomæus, Camerarius, Ludovicus, Molina, Gregorius de Valentia Vasquez & alii.*

<sup>Ἐλεγχ.</sup> è *vers. 12. & 13.* Paulus vocationem ad Apostolatū & justificationem non operibus & meritis propriis, sed soli misericordiae divinæ adscribit, At nō sunt aliæ causæ electiōnis, quā justificationis. *Hinc Magalianus Doctor Pontificius ad hunc vers. sic annotat:* Multū abhorret à Pauli doctrina & omninō à fide Catholica, dicere, aliquem ob præcedentia merita electum esse; & profert *August. lib. 5. cont. Julian. cap. 3.* Nullum Deus elegit dignum, sed eligendo effecit: eund. tract. 2. & 102. in *Joh. Hieron. super 1. cap. ad Eph. Greg. 16. Moral. cap. 10. Chrysoft. T. VII. hom. 1.* Abhorret igitur à fide Catholica *Becanus* qui

(ut audivimus) ex professo hanc propugnat sententiam.

15. *Bona opera justificare, asserunt & defendunt communiter Pontificii, Bellarm. lib. 4. de justific. c. 10. & 18.*

*Ἐλεγχ. (1) è vers. 15. Opus justificationis est proprium obedientiæ seu meriti Christi, igitur non potest, neque debet ascribi operibus hominũ. Verba Magaliani ad b. l. sunt: Hinc infertur, Christum Dominum passione suã toti hominũ generi gratiam meruisse, remissionẽ peccatorũ & gloriã; quam doctrinã omnes Doctores asserunt in 3. d. 19. & contrariã ut hæreticã damnant. Damnẽt igitur necesse est propriam doctrinam de meritis bonorũ operũ ut hæreticã.*

*(2) è vers. 13. & 16. Quo modo Paulus justificatus est, eodem modo etiam justificantur omnes homines, Exemplar enim se vocat justificandorum. At Paulus citra omnem bonorum operum respectum justificatus est, ut patet ex l. cit. & fatetur Magali. ad vers. 16. his verbis: Kursum ad Dei benignitatem, non ad aliquod meritum suam, refert justificationem. Cur igitur eandem Papistæ justificationis normam & formam in nobis damnant.*

VII. *TRACT, ὁμηλικὴ secundum locos morales.*

vers. 1. 1. **D**E amore Christi admonet trina nominis dulcissimi Jesu in hac epistola repetitio *advert. Hieron. super 1. cap. ad Ephes. Chrysoſt. super 1. cap. 1. ad Corinth.*

2. De detestanda ambitione, docet Pauli secundum imperium facta electio.

3. De spe unica Christianorum, quæ Christus, *Referimus hũc quod super cap. 49. Genes. Thargũ Hierosolymitanum habet: Dixit pater noster Jacob, non expecto redemptionem Gedeonis, quæ est salus temporalis; neque redemptionẽ Samsonis, quæ est salus transitoria: sed expecto redemptionem Messiaẽ filii David, qui venturus est, ut adducat sibi filios Israël, cujus redemptionem expectat & desiderat anima mea.*

De 4.

4. De generatione mystica, quæ fit fide 1. Cor. vers. 2.  
4.15. Gal. 4.19. cujus semen verbum Dei incorruptibile  
1. Pet. 1.23.

5. De bonorum omnium fonte, qui Dei gratia  
& misericordia. *Tertull. l. 2. cont. Marc. c. 11.* Totus Deus bo-  
nus est, dum pro bono omnia est.

6. De perfecta nostra reconciliatione, quam signi-  
ficant hæ tres voces, gratia, misericordia & pax.

7. De modestia Pauli imitanda, qui rogat, cum vers. 3.  
præcipere posset.

8. De cura ministrorum verbi, cum hæresum mor-  
bo Respubl. laborat. *Hieron. super cap. 5. Ep. ad Gal.* Modicū  
fermentum totam massam corrumpit; Arius in Alexan-  
dria una scintilla fuit, sed quia non statim oppressa fuit,  
ideò totum orbem populata est.

9. De scopo concionum, qui esse debet ædifi- vers. 4.  
catio. *August. lib. 4 de Doct. Christ. cap. 30.* ne vanæ quæstio-  
nes misceantur concionibus, admonet prædicatorem  
apud populum verba facturum, ut Deum oret ad impe-  
trandā persuasionis gratiā, si enim, inquit, Regina ora-  
vit Esther, pro suæ gentis temporaria salute locutura  
apud Regē, ut in os ejus Deus congruū sermonē daret:  
quantò magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui  
pro æterna hominū salute in verbo & doctrina laborat?

10. De fine legis seu doctrinæ in Ecclesiā propo- vers. 5.  
siti, qui caritas, ad quā nostræ actiones cōformari debēt.

11. De caritatis commendatione. *Chrysost. super cap.*  
13. *Epist. ad Rom.* Caritas est virtutū principiū & finis, ipsa  
est radix, fundamentum & fastigiū. *Prosper lib. 2. de vo-*  
*cat. gent. c. 3.* Caritas est vita cæterarum virtutum.

12. De veræ caritatis requisitis, quæ sunt 1. Cor pu-  
rum 2. conscientia bona. 3. fides non ficta.

13. De fide ficta sive hypocrisi, qua homines nō autē  
Deus decipi potest.

- vers. 6. 14. De apostasia, quæ committitur, quando vel ab improba vita, vel pravâ opinione aliquis transit ad flagitiosum dogma.
- vers. 7. 15. De ambitione, quæ pravorum & hæreticorum dogmatum sæpius causa esse solet. *August. super Genes. ad lit. 8. cap. 25.* Mater est omnium hæreticorum superbia & cupiditas gloriæ & studium scientiæ.
- vers. 8. 16. De lege, quæ bona ob autorem & finem.
- vers. 9. 17. De justorum libertate, quibus lex non est posita, vel juxta *August.* non imposita. Justis enim nec jussis nec interdictis opus est. *inquit Philo.*
18. De injustorum miserrimo statu, siquidem à lege premuntur, accusantur, & nî vera perfectaq; pœnitentia interveniat, damnantur.
- vers. 10. 19. De norma fidei & operum, quæ sana doctrina.
- vers. 11. 20. De Evangelio, quod κατ' ἐξοχήν Sana doctrina, quia sanat conscientias, Christum Salvatorem & medicum monstrando.
- vers. 12. 21. De Dignitate ministerii Ecclesiastici, summum omninò beneficium Dei est, grataque mente agnoscendum.
22. De fidelitate, quæ, ut in omni munere, ita in ministerio præcipuè requiritur 1. Cor. 4. 2.
- vers. 13. 23. De operibus quæ fidem præcedunt, & dolore peccati jam condonati.
24. De ingenua confessione peccatorum, qualem edit Paulus, quam magnopere commēdat *Tertull.* his verbis: *Confessio cum accusat, excusat, cum condemnat, absolvit.*
25. De Dei misericordiâ, quâ unicè eriguntur peccatores seriam agentes pœnitentiam.

26. De

26. De incredulitate, quæ peccatorum omnium  
fons.

27. De vera salutis ratione, quæ consistit in gratiæ *vers. 14.*  
divinæ consideratione, quam sequuntur in nobis fides &  
dilectio.

28. De promissionum divinarum certitudine, quæ *vers. 15.*  
sumitur ex iteratione, juramenti interpositione, Sacra-  
mentorum annexione &c.

29. De fine incarnationis Filii Dei, qui salus ge-  
neris humani.

30. De humilitatis studio, quod vel maximè in  
peccatorum confessione necessarium:

31. De spe veniæ, quò verè pœnitentes, maximi  
licèt fuerint peccatores, non debent dubitare de mise-  
ricordia Dei.

32. De causa remissionis peccatorum, quæ non sa- *vers. 16.*  
tisfactio hominis, sed Christi.

33. De fine fidei, qui vita æterna, seu, ut Petrus lo-  
quitur, Salus animarum.

34. De Dei natura, quæ omnis corruptionis ex- *vers. 17.*  
pers, quamque humanus obtutus assequi non  
potest.

35. De Dei cultu, Soli enim Deo honor & gloria  
in secula seculorum.

36. De vitæ humanæ in genere, & in specie Eccle. *vers. 18.*  
siæ ministrorum conditione, quæ verbo *militare* expri-  
mitur.

37. De fidei naufragio. Sumus omninò in mundo,  
velut in turbulento mari, ubi sæpè omnia sursum deor- *vers. 19.*  
sum feruntur, propter tribulationes, persecutiones &  
tentationes piorum.

38. De



38. De excommunicatione, quod medicamen-  
tum causticum, quo parcè tamen utendum.

39. De excommunicationis, aliarumque pœna-  
rum Ecclesiasticarum fructu, qui correctio peccatoris,  
culpæ emendatio & gregis sani præservatio *Hinc Origen.*  
*hom. 8. in Jerem. Prudentis, ait, esse judicis, unum ejicere de*  
*Ecclesia, ut multos salvet incolumes.*

Τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων ἀφθάρτῳ ἀοράτῳ, μόνῳ  
σοφῷ Θεῷ τιμὴ καὶ δόξα εἰς τὰς  
αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

F I N I S,





COLL  
DIS  
NO  
ET F  
NÆ IN  
TIONIS A  
MODA

ἰσορίαν περνοσεν  
quendam, ἀερονίαν πε  
dam, ἐπεροδδία

Ex PRIORIS ad  
nodo Pa

M. HENR  
STO

M. MICH

Ad diem

JENÆ T

Anno



XXV  
13  
A  
A-  
A-  
OM-  
av affe-  
firman-  
in Sy-  
PA-  
E  
27

